



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XLIV. Otto, Herzog von Braunschweig, schenkt dem Kloster Diesdorf elf Höfe in Lydheren und bei Ullessen, am 1. November 1308.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

cum piscatura, de qua provenit chorus filiginis Annuatim, pro viginti et quinque Marcis stendallensis Argenti, una fertone minus, cum omni iure quo possedimus in herede libere usque in hunc diem. Vt autem ecclesia prelibata ab omni heredum nostrorum contradictione et quorumlibet hominum impugnatione libere et quiete possideat bona a nobis uendita iam suprafata, cum proprietate a domino Nicholao comite de Dannenbergh a nobis ecclesie ipsi ysenhagen obtenta, presens scriptum cum sigilli nostri impressione firmiter protestamur, Nec non ad cautelam huius rei certiorum manu ad manum firmiter promittimus bona fide tam nos Gherardus miles, et hermannus frater eius dicti lupi, quam amici nostri speciales, scilicet Dominus Johannes cruce man miles, Bodo et Sifridus, fratres dicti de walltophe, quorum sigillis presens pagina plenius certificatur. Quod factum ut stabile et ratum permaneat, Comes Henricus de Lvchowe, Dominus Thidericus de Sculenborch, Dominus Lvdolphus de wendhen, Dominus Henricus ploto, milites, Henricus de bodenstede, Honerus de knesbeke, Domicelli, Henricus de brome, burgenis in Saltwidele, huius rei sunt testes, et alii quam plures fide digni. Datum Anno domini M^o. CCC^o. octavo, In vigilia beati Bartholomei Apostoli.

XLIV. Otto, Herzog von Brannschweig, schenkt dem Kloster Diesdorf elf Höfe in Lydheren und bei Wllesfen, am 1. November 1308.

Omnibus christi fidelibus presentium litterarum nostrarum auditoribus et visoribus vniuersis Dei gracia Otto, Brunswicensis et in Lvneborg dux, Salutem perpetuam in domino. Nouerit vniuersitas vestra et vniuersitatis singularitas, Quod Nos de Consensu et ratihabitione omnium Heredum nostrorum donamus libera iusto proprietatis tytulo perpetuo, Monasterio et Conuentui Didsdorpe bona Lydheren, videlicet Sex Curias et quinque alias Curias sitas iuxta Wllesfen, de omnibus Aduocatiis, Justitiariis, Tributariis et aliis obuentionibus et prouentibus, quibus nobis soluendis dicte vndecim curie hactenus fuerant obligate, Ita dumtaxat quod nobis dictum Monasterium et conuentus persoluat singulis annis deinceps ex dictis Curiiis vndecim marcas denariorum, id est ex qualibet ipsarum in Pascha octo solidos et in Natiuitate domini Octo solidos pro annua pensione. Datum in Castris Blekede, Anno domini M^o. CCC^o. VIII, die Omnium Sanctorum.

XLV. Graf Heinrich von Lüchow schenkt seinen Verwandten im Kloster zu Diesdorf einen Wispel jährl. Roggenpacht aus Schnehen, am 25. Juni 1313.

In nomine domini amen. Omnibus christi fidelibus presentis littere inspectoribus, auditoribus siue lectoribus, Dei gracia Henricus, Comes de Luchowe, affectuosam ad omnia volum-